



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 82. Sacri-Cæsariensis Urbis deditio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

bonis restituantur. X. & postremo ad-  
ditum ad testificandam trium illorum  
oppidanorum obedientiam, ut per duos  
in sequentes annos ex singulis Urbibus,  
quatuor e primariis civibus, quales  
Rex pro suo arbitratu elegerit, tanquam  
datæ fidei obsides in aulam veniant,  
& trimestri exacto commutentur. Iis  
præterea Rex spoondit, se gubernato-  
rem, qui suo nomine regat pacate  
oppidanos, ipsis impositurum, judices-  
que minime eis suspectos daturum.

Insuper sancitum, ut in omnibus  
Provinciis arma ponerentur, festique  
dies servarentur, atque in jejuniis die-  
bus macella clauderentur.

§. LXXXII.

*Sacricæsariensis Urbis deditio.*

Cum Sancerrani, seu Sacricæsarien-  
sis ab hujus edicti gratia sese ex-  
clusos cernerent, in ditionem accipi-  
petebant, quod illis etiam datum pa-  
ctis hisce conditionibus. I. Præteri-  
torum criminum gratia obseffis a Rege  
fiat. III. Tam oppidani, quam inqui-  
lini, & mulieres, ac belli Duces bonis  
omnibus immobilibus restituantur. III.  
Mobilia bona depensis intra sextum  
diem quadraginta librarum millibus re-  
dimant. IV. Pacificationis nuper cum  
Rupellanis factæ beneficio utantur. V.

Sæcul. XVI.

A. C. 1573.

Reli-

I 3

Sæcul. XVI.  
A.C. 1573.

Religionis libera professio illis æque,  
ac edito illo nominatis concedatur.  
V. Rex has pactiones ratas habeat, &  
auctoritate sua firmet, ac tum Urbs in  
Castrei manus permittatur, qui ab omni  
vi, & injuria suos cohibeat. Juxta  
has sanctiones obsides duodecim a Ca-  
stro imperati, quibus acceptis, &  
postea adlato a Rege diplomate, & de-  
pensa pecunia ipse urbem exeunte men-  
se ingressus est, eamque præsidio mu-  
nivit.

§. LXXXIII.

*Variæ expeditiones in Occidania,  
Delphinatu, & in Aqui-  
tannia.*

Thuan. l. c.  
lib. 55.  
Avila l. 5.

Ceterum belli civilis flammæ, quæ  
in Galliis accendebantur, suo incen-  
dio non modo Sancerram, ac Ru-  
pellam urbes nuper obsessas involve-  
bant, sed etiam sese ad Meridionales  
hujus Regni Provincias extendebat;  
quippe Henricus Montmorentius Dam-  
villa Occidaniæ Gubernator admotis  
copiis suis Summarium urbem cinxit,  
eamque suis armis subjecit: propterea  
tamen Protestantes nequaquam a se-  
ditionis furore quicquam remittebant,  
sed resumptis animis Florensacum, alias  
que plures urbes intra Narbonnæ fi-  
nes occupabant, necnon Russineti op-  
pidum